Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

hoc beatior q̃ media erat · quod autoritatis habebat plus laboris ne minus · Apex est autem senectutis autoritas · Quanta fuit in L · Cecilio · quanta in Actilio Caluino · in quem illud eulogium unicum plurime consentiunt gentes & populi primarium fuisse uirum · Notum est totum carmen incisum in sepulcro · Iure igit̃ grauis cuius de laudibus omnium est fama consentiens · Quem uirum nuper P · Crassum pontificem maximum quoniam postea M · Lepidum eodem sacerdotio preditum uidimus · Quid de P · aulo · aut de Scipione Affricano loquar? aut iam etiam de maximo? quorum non in sententia solum · sed etiam in nutu residebat autoritas · habet senectus honorata presertim tantam autoritatem ut ea plurus sit q̃ omnes adolescentie uoluptates · Sed in omni oratione memento eam me senectutem laudare que fundamentis adolescentie instituta